Incipit forma abſolucōnis ſacramental'
eiuſdem Magiſtri Johānis Gerſon.

Ratia tibi et pax frater cariſſime
petis primo ſi apud aliquē docto
rem reperiatur forma autentica
abſolucōnis ſacramentalis. Reſpondeo ꝙ
ſic. Et de hoc videatur ſumma confeſſorū vl'
Bertelina ſup hoc verbo Abſolutio. In illa
queſtione Vtꝝ forma abſolutionis debeat
fieri ſub modo idicatiuo. Et ſm illa que ibid
cepiuntur patebit ſatis rñſio. Ad illud
qd ſecūdo petis ſcꝫ. Que ſit forma ſufficiens
Deinde ad tertiū ꝙ queris. Vnde tot vaie
tates in forma iſta abſolutionis. Rño. ꝙ
ex ignorantia vel negligētia ſufficiēt inqui
rendi que agenda ſunt circa ſacramenta.
Sed cur quid plus circa iſtam formā ꝙ̄ cir
ca alias. Ratio vna eſt. ꝙ alie forme dicun
tur publice ⁊ inueniūtur ſcripte ſicqꝫ legun
tur. hic aūt occulte ⁊ abſqꝫ libris ⁊ arbitis
ſit negotiū. Poteſt ⁊ alia racō dari. ꝙ actꝰ
cōfeſſionis et abſolucōis ē quidā actus iu
dicialis. vbi videtur ſufficere ꝙ ſacerdos iu
dex explicet ſententiā ſuam quibuſcūqꝫ ver
bis dū tñ intendat abſoluē ſicut dicimꝰ in
mrimonio. ꝙ cōſēſus iterior ābo ꝝ ſignificatꝰ

exterius qualibuſcunq꜠ verbis·ymo et ſi gnis ſicut in muto ſufficit ad mrimoniū cō trahendum·Deinde pro ſolucōne aliorum queſitorum et declaratione premiſſorū ſcri bam tibi modum quo vtor i huiuſmōi ab ſolucōnibus·vnde ſi nihil dubitatur de ex cōmunicacōne contracta·dico primo p mo dum imprecacōis que de cōgruo premittitē

Abſolutio·

Omin⁹ nr̄ Jhs criſt⁹·te abſoluat vel parcat tibi deus vel dum mora maior eſt· Miſereatur tui oipotens deus ac̄ Deinde ſb iūgo cum intencōne interiori abſoluēdi qn̄ tum poſſum· et ſcd̄m autoritatem mihi cō miſſam et dico Ego te abſoluo a peccatis tu is in noie patris et filij et ſpūs ſancti·Amē Nec oportet aliud addere· nec iſtud prono men alijs nec iſtud adiectiuū omnib⁹·nec iſtud oblitis·nec illud cōtritis·ymo poteſt nocere ſi ponitur hoc adiectiuū cōtritis·cum virtus ſacramētalis abſolucōnis valeat ſu per peccata ſolū attrita licet nondū cōtrita Et ita eſt addicō quodāmodo diſtrahens que preſupponit contricionem preceſſiſſe que nō ſemper prerequiritur ut dictum eſt Jtem nec oportet addere qn̄tum poſſum· et adhuc minus iſtud qn̄tum debeo·quia

ſepe ſacerdos non tenetur aut dꝫ abſoluẽ
⁊ ita eſt addicõ diſtrahens. Item nec oꝫ ad
dere. autoritate mihi cõmiſſa ⁊c̃. Oīa enim
talia ſufficienẽ ſiūt ⁊ valent ꝑ intencõnem
interiorem quam hꝫ ſacerdos vel habuit in
volendo abſoluere. Unde pro regula teneaẽ
ꝙ forme ſacramẽtoꝝ dñt eẽ abſolute ⁊ nõ
ↄdicõnales. Et ſi opponatur ꝙ in baptiſmo
dr̃ qñqꝫ. Si tu nõ es baptizatus. ego te bap
tizo ⁊c̃. Rendeo ꝙ illa conditio non ſe tenet
nec tenere debꝫ ex ꝑte forme ſed ſolū refeñ
da eſt ad explicacõnem intencõnis quā hꝫ
ſacerdos. quā intencõem ideo explicat ne
putetur velle baptizare puerū iā baptizatū
⁊ ita facere iniuriam ſacramento. Vñ apd
deum ſufficeret intentio interior ſine tali ex
plicacõne niſi quia ſic eccleſia voluit fieꝫ cā
dicta. Simile eſſꝫ in dubio qd aliquis hrẽt
de hoſtia poſita añ eum dum celebrat ⁊ neſ
cit plene ſi cõſecrata ſit iam vel non. utpu
ta ꝙ neſcit ſi ꝓtulerit ſufficienter v̾ba ⁊c̃.
Tūc ſi neceſſaria ſit ſecuritas amplior ſuffi
ciet ꝙ hõ cū intencõne iſta ꝙ nõ intẽdit ↄſe
crare iſtā hoſtiā ſi ſit cõſecrata dicat verba
ↄſecratiōis q̃uis talis repetitio non ſit paſ
ſim facienda nec eſſꝫ i hoc aſſueſcendū. Ad
daẽ ꝙ pred cā forma abſolucõis ſacm̃etaꝫ

ſufficit in quacu̅qʒ abſolucōne pro peccatis
ſiue fiet ꝯfeſſio poſt vna̅ abſolucōnez ia̅ da
tam ſiue no̅. Nec oportet dicere. Abſoluo te
ab iſto peccato ꝛc̄ ſʒ ſufficit ſicut p̄us. demu̅qʒ
tucius obſeruatur breuis et ſuccincta forma
abſolue̅di predicta. q̄ꝛ du̅ ſiu̅t tot addicōes
q̄ vel ſu̅t ſuꝑflue vel q̄n̄qʒ diſtrahe̅tes aut i
pediti͛e. Ceteru̅ q̊ ad abſolutione̅ de excoica
cōe. Reſpo̅det ꝙ in foro publico no̅ ſacram̄
tali nulla certa forma ͛equirit͛. ſufficit ꝙ h̄ns
ptāte̅ iudiciaria̅ ſig̅ficʒ intetio̅ʒ ſuam q̄ vult
talem abſolutu̅ eſſe. Porro quo ad ſacram̄
tale̅ abſolutionem q̄ vlterius requiritur ꝛ
circa cui⁹ omiſſionem multi deficiunt. preci
ſa forma non ita requirit͛ ſicut in aliȷ̄s ſacra
me̅tis. vnde iſta forma ſufficit cum intencione
interiori ſicut p̄us explicabat͛. Ego abſoluo
te ab excoicatione vl̄ ex cōmunicatōibʒ ꝛc̄
Et pōt addi licʒ no̅ ſit nec̄cariu̅ iſtd̄ ꝛ reſtituo
te ſacrame̅tis ecc̄ie ꝛ orōnib⁹ d̄inis. In noie
p̄ris ꝛ filij ꝛ ſp̄uſſancti. veru̅ quo ad mīore̅
excōicatione̅. que contrahitur ex participa
cione cu̅ excōmunicatis ſufficit eadem forma
Sed q̊ ad excōicacionem largo noie dicta̅. q̄
ꝯtrahitur ex quolibet peccato mortali. qd̄ ſe
perat hoiem a deo. puto ꝙ no̅ requiritur ſpe
cialis forma. ſʒ ſufficit illa que dc̄a̅ e̅ ꝓ pccis.

Amplius vero quo ad irregularitates con
tractas celebrando in excoīcacōne vel alio
tali modo ſicut habetur in ꝯſtitucōib⁹ decre
taliū. forma nō eſt certa ⁊ preciſe requiſita
cū ſit quidā actus iudicialis magis quodā
mō ꝙ̄ ordis. Nihilomin⁹ pōt ꝯgrue ſic dici
ſicut etiā pmarioꝝ vſus hꝫ. Ego abſoluo te
ab irregularitate vel irregularitatibꝫ ſi ſint
plures. ⁊ reſtituo te ſacramentis eccleſie. ⁊
diſpenſo tecum. Et hoc ponitur pro futuro
tempore ut hō legittime poſſit celebrare uel
vti ſacramentis. Deinde additur. In nomīe
pr̄is ⁊ filij et ſpūs ſancti. Amen. Tandem
ad illud qđ inquiris ſi ſit expediens in iniū
ctione pn̄ie dicere oia bona que facies. ſint ē
ꝑ gn̄ali pn̄ia. R̄e. ꝙ ſic. quia per hūc modū
oia talia bona hn̄t vim ſatiſfactoriam. licet
non tantundē ſicut ſi ſpecialiter iniūgerētur
oia ſic debere fieri ꝓpter periculū tranſgreſſi
onis ⁊ culpe ſeu inobediētie inde ꝯſequētis
Tenor queſtionis de qua ſuperius ſit mēcō
in ſūma ꝯfeſſoꝝ. iiij. li. t. xxxiiij. q. xci. habetur.

Explicit forma abſolucōis ſacramētalis ve
nerabilis Mgr̄i Joh Gerſon. deo laus.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF



TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Inches
Centimetres
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black
TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007
A
M
B
R
G
B
W
G
K
C
Y
M